

» nec obligetur, nec obligatum sit aut intelligatur modo aliquo vel
» ingenio aut ex aliqua forma verborum erga dominos de la Scala
» et terras et gentes eorum vel alios pro comuni Florentie aut pro,
» aliquibus dominis, communibus vel aliis superius in hoc contractu
» specificatis seu eorum vel alicujus eorum occasione ad aliquam
» observantiam, condictionem, damnum vel favorem, formam, pe-
» nam vel aliud, nisi in his et pro his que tangunt, spectant vel
» pertinent ad faciendum et observandum pro ipso comuni Vene-
» tiarum et terris et gentibus eidem comuni subjectis, scilicet pro
» facto et nomine proprio tum communis ipsius. Et eodem et simili
» modo intelligatur de comuni Florentie, scilicet quod non teneatur
» nec obligatum sit aut intelligatur modo aliquo vel ingenio erga
» dictos dominos de la Scala et terras et gentes eorum vel alios
» pro comuni Venetiarum aut pro aliquibus dominis, communibus
» vel aliis in hoc contractu specificatis seu eorum vel alicujus eo-
» rum occasione ad aliquam observantiam, condictionem, damnum
» vel favorem, formam, penam vel aliud nisi in his et pro his que
» tangunt, spectant vel pertinent ad faciendum et observandum pro
» ipso comuni Florentie et terris et gentibus eidem comuni Floren-
» tie subjectis, scilicet pro facto et nomine proprio tum ipsius
» communis. Et simili et eodem modo intelligatur de predictis dominis
» de la Scala et terris et gentibus eorum, quod non sint nec esse in-
» telligantur obligati erga dicta comunia Venetiarum et Florentie
» vel alterum eorum aut aliquos alios pro aliquibus specificatis seu
» nominatis per eos in hoc contractu, nisi pro facto et nomine ipso-
» rum dominorum et suarum gentium et terrarum silicet in his et
» pro his que promissa sunt per eos seu que tangunt, spectant vel
» pertinent ipsis dominis et suis terris et gentibus ad faciendum et
» observandum, pro ut superius et distinctius est expressum. Et
» renunciaverunt dicti sindici et procuratores sindicarii et procura-
» toris nominibus antedictis, in predictis omnibus et singulis, omni
» exceptioni et condicioni sine causa vel ex injusta causa, contra-
» ctus non celebrati, doli, mali et infactum, pacis et concordie